



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 176. Res Hungariæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. liberatus plurima obsequia Henrico  
 A. C. 1605. integerrima fide præstitit.

§. CLXXVI.

*Res Hungaricæ.*

*Mercur.  
 Gallo Belg.  
 tom. 5.  
 Thuan.  
 lib. 133.  
 Pannon.  
 Bell. p. 1.  
 p. 321.*

Interim in Hungaria bellum haud prospero profus Marte continuatum est, optimis Belliducum consiliis partim Turcarum potentia, partim Heiducorum rebellium immanitate delusis; hi enim ineunte Mense Februario Somolcokium occuparunt, relictis ubique crudelitatis suæ vestigiis. Sequenti Mense totam late Regionem ferro flammaque devastantes Ruswurmiana invadunt castra, mox tamen a Hohenlochio Comite repulsi: nec tamen inde terrent, sed Tartarorum & Turcarum agmina suffulti novumzolum aggrediuntur, quod oppidum civibus deditionem negantibus continenti incendio delent, eosque, qui flammarum furorem evigilant, gladiis jugulant, demum continuata sæviendi libidine Varsoniam arcem astu intercipiunt, brevi tamen a Jaurinensibus inde ejecti: Eorum vero Princeps Botfckaius, ut grandiora moliri videretur, die nona Maji cum quindecim fuorum millibus Neosolum movet, Barbaris trajecto Danubio in ejus opem absdubio accursuris, nisi Georgius Balba inopie



inopino impetu eorum castra invadens ingentem cladem intulisset; sub idem tempus Budensis Bassa, qui currus pecuniis onustos Botfakaio advexerat, a Comorrensibus præsidiariis vita & auro spoliatus est: E contrario seditiosi Vicigradium, Novigradium, & Gokeram oppositum Strigonio oppidum diripiunt, Vacciamque turpi Christianorum fuga desertam occupant, æque ac Sacmariam arcem, quam præsidiarii inedia pressi dediderunt.

Sæc. XVII.  
A. C. 1605.

§. CLXXVII.

*Strigonium per Hungarorum perfidiam a Turcis occupatum.*

**H**isce secundantis fortunæ auspiciis Turcæ animosiores facti Strigonii obsidionem, quam anno priori incassum tentaverant, Mense Septembri reintegrare constituunt; jamjam huic molimini præludebant tumultuantes Pannonii, qui Mense Junio eadem ex urbe erumpebant, ac molendina Turcis denuo eripere simulantes unacum ipsis Budam auffugere. Tandem supremus Vesirius cum præcipuis Purpuratis Strigonium versus validissimum deducit exercitum, positisque castris, erectisque aggeribus urbem cingit, nihilominus subsidium a Cæsareis in tempore

*Nova Pannon Paul.  
Han ad hunc ann.  
Memor. hist. de Ottam.  
di Giov.  
Sagredo.*

Uu 4 sub-